



Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1647

§. 10. Voce monstrosa puniti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

sic neque homo bonus ferere maledictionem in immerentes.

§. X.

Voce monstrosa puniti.

Nec alios duntaxat feriunt Diræ & maledictiones, sed sæpe etiam redeunt in caput ipsius execrantis; neque manent in externo monstrifico aspectu, sed vocem quoque monstrificam efficiunt. *Sane memorabile est*, inquit horarum succisiuarum author, *quod now ita pridem in vicinia contigit*, cùm quidam multis imprecationibus & execrationibus subditos suos miserè affixisset, & coëgisset, ut arcem suam durissimis laboribus adficarent, eosq; inter laborandum, & alias, nullo alio nomine, quam CANES suos appellaret. Nondum enim adficio absoluto ingravissimum morbum incidit; cumq; nondum ab imprecando, & subditos CANES suos appellando desisteret, Deum ita offendit, ut prorsus elinguis fieret, & dum hac scriberem, nulla articulata humana vox, sed solummodo latratus caninus ab eo exaudiretur. Nimirum quædam talionis forma est, ut quod alterum cogis pati, ipse patiaris. *Quia per qua* Sap. II, 17. *peccat quis, per hac & torquetur.* Quod iustitiae diuine est; clementie est, quando nō fit;

Phil. Cæ
merar.
Cent. I.
cap. 86.

254 Cap. VII. Monstra esse à Deo puniente,

fit; prouidentię, vt non semper fiat. Si enim semper fieret, quales non homines haberemus? quales voces audiremus? quales vultus aspiceremus?

Gen. II. 7. Quotidie superi dicere deberent; *Venite, descendamus, & confundamus ibi linguam eorum.* Itaque sicut olim Poëtica illa Solis filia, inaccessos lucos & voce, & facie monstrosis hominibus habuit plenos; ita passim cerneremus totum mundum eiusmodi prodigijs repletum.

Virgil. 7.

AEn.

*Hinc exandiri gemitus, iraq, leonum
Vincla recusantum, & sera sub nocte
rudentum;*

*Setigeriq, sues, atq, in praesepibus urbi
Sæuire: ac formæ magnorum ululare
luporum.*

*Quos hominum ex facie Dea saua poten-
tibus herbis*

*Induerat Circe in vultus ac terga fera-
rum.*

Quanti enim vel jam latrant? quanti ru-
dunt, aut rugiunt? quanti crocitant, aut
pippunt homines? Denique nullum est
animal, cuius vell linguam, vel fornam in-
numera mortalium vitia non mererentur.

Luc. I. 18. Cur enim turpiloqui, maledici, linguaces

pro-

proditores non mererentur vocem amittere , si sanctissimus alioqui sacerdos Zacharias mutus in pœnam factus est, quod non statim credidisset , se tam diurna sterilitate esse liberatum ?

§. XI.

Capita vitulina in humanum versa.

Quanquam non tantum tunc monstru est, quando humana facies in bestiæ figuram mutatur. Magnum quoque monstrum & terribile est, quando bestię caput in caput hominis vertitur. Winshemij effera^tatæ mentis sicarius , homicidia haud pauca iam pridē perpetrauerat, prægnantesq; adeò ipsas exciderat ; sed ubi scele^rum suorum mensuram impleuit, rotæq; & rogo maturus fuit , eiuscemodi prodigo est manifestatus. Hebdomade sacra, quæ Pascha antecedit , macellum adijt , & in tres dies festos tria capita vitulina emit, eaq; in saccum reticulatum coniecta domum reportauit. Dum iret per plateas, omnium oculos traxit existimantiū eum ferre capita tria humana ; vtq; spectaculū crudelius videretur , recens à capitibus sanguis dimanabat. Mota est suspicio, crevit rumor, fama ijt per totam ciuitatem ,

Manlius
V. Præ-
cept.

EJ1800
tandem-